

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschieden] 1559

Scena VI.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

ANDRIA

SCENA VI. ACTVS III.

CRITO, MY SIS, DA VVS.

C. Nhac habitasse platea dictum est Chrysidem,
I Quæ se inhoneste optauit parare hic ditias
Potius, quàm in patria honeste paupera ui-
uere.

Eius morte ea ad me lege redierunt bona.

Sed quos perconter, uideo. saluete. M. obsecro,

Quem uideo? est ne hic Crito, sobrinus Chrysidis?

Is est. C. o Mysis salue. M. saluos sis Crito.

C. Itan' Chrysis? hem. M. nos quidè pol miseras perdidit.

C. Quid uos? quo pacto hic? sati' ne recte? M. nos ne? sic.
Vt quimus, aiunt; quando, ut uolumus, non licet.

C. Quid Glycerium? iam hic suos parentes repperit?

M. Vtinam. C. an nondum etiam? haud auspicato huc me
appuli:

Nam pol, si id scissem, nunquam huc tetulisset pedem:

Semper enim eius dicta est hæc, atque habita est soror:

Quæ illius fuerunt, possidet. nunc me hospitem

Lites sequi, quàm hic mihi sit facile, atque utile,

Aliorum exempla commonent. simul arbitror,

Iam esse aliquem amicum, & defensorem ei: nam fere

Grandiufcula iam profecta est illinc. clamitent,

Me sycophantam hereditatem persequi,

Mendicum. tum, ipsam despoliare non licet.

M. O optume hospes pol Crito antiquum obtines.

C. Duc me ad eam, quando huc ueni, ut uideam. M. maxime.

D. Sequar hos: nolo me in tempore hoc uideat senex.

ACTVS

A N D R I A

Verò uultu; cum, ibi me adesse, neuter tū præsenserat.
 S. Credo; & id facturas, Dauus dudum prædixit mihi:
 Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac uolui dicere.

ACTVS QVINTI SCENA II.

DAVVS, CHREMES, SIMO,

D R O M O.

D. Nimo iam nunc ocioso esse impero. CH.

hem Dauom tibi.

S. Vnde egreditur? D. meo præsidio, atque
 hospitis. S. quid ilud mali est?

D. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non
 uidi. S. scelus,

Quemnam hic laudat? D. omnis res est iam in uado.
 S. cesso alloqui?

D. Herus est: quid agam? S. o salue bone uir. D. hem
 Simo, o noster Chreme,

Omnia apparatus iam sunt intus. CH. curasti probe.

D. Vbi uoles, accerse. S. bene sane. id enim uero hic
 nunc abest.

Etiam tu hoc respondes, quid istic tibi negocij est? D.
 mihi? S. ita.

D. Mihi ne? S. tibi ego. D. modo introij. S. quasi ego,
 quàm dudum, rogem.

D. Cum tuo gnato una. S. an ne est intus Pamphilus? cru
 cior miser.

Eho, non tu dixti esse inter eos inimicitias carnofex?

D. Sunt.